



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Franciscam Vignolam à doloribus tibiæ. 257

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Idus Septembres c. 10. xcvl. vt
 acutissimo cruciatu pœne ene-
 ctum P. Bartholomæus Peres vi-
 dit; miseratus hominem, S. IGNA-
 TII syngrapham attulit: quidque
 aliud fieri vellet, edixit, Michaël
 promptè in genua se submittit:
 applicatque oculo autographum,
 vbi dolor, vt maximè, sæuiebat.
 Sed enim is repentè omnis dis-
 cessit. Igitur cubitum Pater abiit:
 placideque acquiescit: mane inte-
 ger ad prouinciam rediturus. Ad-
 mirantur Collegam familiares,
 cum oculo prodire iam sanato,
 quem pridie affectum & liuido
 cruore suffusum conspexissent.

257 Tredecennis puella, Fran-
 cisca Vignola, cum annum fer-
 me dolorem, sed eum acutum in
 tibia pertulisset: inde claudicare,
 ac ne sic quidem moliri se, absque
 graui molestia quibat. Ea sub an-
 num secularem, ipsis Ianuarijs
 Kalend.

Kalend
 hab
 hon
 labo
 ac fr
 cres
 rat.
 III p
 sape
 la su
 lestia
 hau
 qua
 pate
 riqu
 Et p
 IGN
 curr
 then
 258
 dian
 qua
 petio
 festu
 AUG 11

Kalend. ibat, vt Sacris adfisteret
 habitura hunc celeberrimo diei
 honorem; etfi cum haud exiguo
 labore. Sed ambulationis iuxta
 ac frigoris impatiens; inter estum
 crescentis doloris domum redie-
 rat. Ibi mater eam tutelæ IGNA-
 TII pietraditam, syngrapha, quã
 sæpe diximus, iustrat. Post hæc il-
 la subito valere; seseq; omni mo-
 lestia solutam comperit; cæpitq;
 haud secus prompta ambulare,
 quam si nunquam laborasset. Id
 pater professione Medicus cete-
 rique miraculum conclamant.
 Et puella cum matre ad gratias
 IGNATIO soluendas postridie ac-
 currit: inque templo; cerei ana-
 thematis monumentum ponit.

258 In eadem prouincia (Gan-
 diam nominant) Iosepha Borgia
 quantos maximos dolores per-
 petiebatur, qui genu alterum in-
 festum habebant: vt ægrè iam in-

N

cede